



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

III. An per Optionem dimittatur pensio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

optionis, quam mutationis canonicatus, & novæ provisionis, quæ alteri fit, qui deinde in inferiori loco sedere debet; unde si antiquior optare nolit præbendam vacantem, poterit quidem sequens optare; non tamen ascendet stallum illius, aut in eo illi præferetur, sed in proprio manens mox consequenti, & ad præbendam ascendens illam optabit, prout quotidie fieri videmus.

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi optatio fiat et speciali consuetudine de ordine ad ordinem, seu de gradu ad gradum, optando quis præbendam superioris ordinis † simul etiam optabit stallum in illo ordine ob dispositionem *rex. d. c. statuimus*, decernentis, ut
 25 omnes presbyteri † omnibus diaconis, omnesque diaconi omnibus subdiaconis in ecclesiis præcipue præcedant, primumque locum obtineant, etiam si posterius recipiantur; postremum tamen † in iis ordinibus locum obtinebunt, per ea, qua supra diximus, & per *rex. cum ibi not. in c. i. de major. & obed. 17. & 75. dist. c. ultimo, cum similib. de quibus per Doct. & gloss. d. c. statuimus.*

QUÆRO TERTIO ET POSTREMO, An optationem dimittatur pensio?

28 PRIMA CONCLUSIO. Ubi præbendæ † in ecclesiis sunt realiter, & actualiter distinctæ, ita ut singuli canonici habeant perpetuam administrationem corporis, vel reddituum sibi assignatorum; vel distinctæ quidem illæ non sunt, tamen singulis canonicis portione fructuum assignantur quotannis, vel ad aliud tempus certum, & determinatum corpus, vel certus redditus, quos ipsi exigere debent, juxta distinctionem supra c. 2. q. 2. conclus. 1. latius explicatam, his in quatuor duobus casibus, optando quis præbendam, & propriam dimittendo gravatam pensione, dimittit etiam obligationem pensionis: ita in specie tradit Gig. d. tract. de pensio. quest. 63. nu. 1. 2. & 3. idemq; satis aperte tenet Novar. cons. 3. num. ult. junctis antecedentibus, de solut. lib. 3. vol. 1. & Rot. Rom. decis. 597. num. 7. 1. par. in novis.

diver
prim
Gem
late
98.
2. &
cunc
in d.
nes, n
Fel. c.
tract
lare p
27. 3.
d. con
3. qu
cii, d
penfi
S
non a
distin
res in
toren
variu
cunia
non d
d. q. 6.
facit c
præbe
decis.
potius
quicq
mus a
cap. ca
per gl.
casu p
ipsum
ut sup
cum c
diver

divers. Ratio est, quia pensio † est onus reale, ut est o- 29
primus tex. ubi gloss. pen. & alii in ca. nisi essent, de præb.
Gemin. & ceteri communiter, in c. fin. de off. ordin. in 6.
late Flam. Paris. tract. de resign. benef. lib. 6. quæst. 2. nu.
98. idem Gig. d. tract. q. 39. & 40. nu. 1. q. 43. & 47. num.
2. & cons. 124 138. & 150. nu. eod. Et transit † ad quem- 30
cunque transit beneficium, & præbenda, ut tradit gl.
in d. c. nisi essent Castrens. cons. 339. incipit, quia exceptio-
nes, num. 4. versic sed respondeo, volum. 1. in no. impress.
Fel. c. ad audientiam, il. 2. num. 6. de rescript. Caccialup.
tract. de pensio. eccles. q. 9. Gig. d. tract. q. 44. numer. 2. &
late post alios Paris. d. tract. de resign. libr. 1. q. 8. num. 22.
27. 30. & seqq. Ad idem facit optime quod post Castr.
d. cons. 339. nu. 4. tradunt Fel. d. num. 6. Gig. d. q. 63. nu.
3. quod quando fundus, & bona desinunt esse benefi-
cii, & ecclesiæ, illius fructus † non sunt amplius ad 31
pensionem obnoxii.

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi per Capitulum
 non assignantur † certæ ac determinatæ præbendæ, sive 32
 distinctæ, sive indistinctæ, modo, quo supra consisten-
 tes in certo, & determinato corpore, sed per procura-
 torem Capituli, quem alii *Caneparium*, alii *Thesau-*
rarium vocant, fit certa distributio in bladis aut pe-
 cunia consistens, tunc ubi cadere possit optio, per eam
 non dimittitur onus pensionis, ut in specie voluit Gig.
 d. q. 63. num. 4. ob eam rationem, quia tunc optio non
 facit censerî novum beneficium, aut præbendam, ut
 præbenda est titulus beneficalis juxta tradita per Rot.
 decis. 470. quæ est 6. num. 1. de consuet. in no. ubi tamen
 potius vult, tunc non habere locum optionem. Sed
 quicquid sit de hac ratione, nos aliam assignare possu-
 mus à cessatione rationis, de qua in super. concl. juxta
 cap. cum cessante causa, de appell. cum simil. de quibus
 per gl. ibi, & Tiraq. in tract. cessante causa. Hoc enim
 casu pensio non tam afficit præbendam, quam titulum
 ipsum canonicatus, qui non dimittitur per optionem,
 ut supra vidimus, certos vero fructus non afficit, nisi
 cum designatione personæ, quæ illos percipit; cum
 H tunc

tunc certi fructus, & redditus in individuo non affi-
gentur; sicque non erit pensio mere onus reale, sed
vel personale, vel mixtum, ita tamē ut ad successores in
canonicatu transeat; hoc enim commune est huic ca-
sui cum superioribus. Pro qua ratione, & simul etiam
pro hac conclusione facit optime decis. Delphin. 1272.
apud Franc. Marc. ubi traditur, quod si proviso de præ-
benda gravata pensione detur alia præbenda secun-
dum provisi qualitatem, quia non sit in sacris, & se-
cundum ritum ecclesiæ, in qua fructus & præbenda
dividuntur in communi, onerata pensione remane-
bit.

33 TERTIA CONCLUSIO. Ubi pensio ꝑ imposi-
ta sit solum super distributionib. quotidianis, vel sal-
tem pro parte, tunc per optionem non dimittitur pen-
sio pro rata, quæ respondet distributionibus, sed pro ea
parte remanet solvenda ei, qui optat. Hæc conclusio
est de mente Doct. de quibus in superiori conclusio-
ne, & probatur iis plane rationibus, quibus eam com-
probavimus, tunc enim pro ea rata non mutatur ali-
quis fundus, aut certum corpus, certive redditus, qui
specialiter sint pensione affecti, sed solum sub ea de-
terminatione, quatenus percipiuntur ab eo, qui pen-
sioni consensit, ejusve successoribus in beneficio, &
canonicatu, qui nec per optionem mutatur, ut sæpius
dictum est, & jus tribuit actu percipiendi distribu-
tiones, ut supra hoc eod. cap. quæst. 1. ostendimus. Idem
etiam colligitur ex rationibus, quibus Navar. consil.
34 & 3. de solut. libr. 3. volum. 1. ostendit, ꝑ pensionarium
exigere non posse pensionem impositam super Gros-
sa, & distributionibus à Capitulo, cui vacante benefi-
cio ea accrescunt, sed solum vel ab ipso beneficiario
qui pensioni consensit, vel ejus successore in beneficio
cum nec Capitulum succedat, aut beneficiarium dis-
possit, neq; ea tali onere affectæ censentur, nisi qua-
tenus à beneficiario lucrifiant, ut latius per eum. Neq;
huic conclusioni quoad ea, quæ de rata diximus, ob-
stare poterit, quod durum & inauditum videatur, pen-
sionem

honarium à duobus exigere debere unam pensionem; quin etiam ab eo potius, qui præbendam assequitur, totam pensionem solvendam esse, cum præbenda respectu distributionum videatur se habere sicut accessorium respectu principalis; illud autem ab hoc trahatur, ejusque naturam sequatur, *cap. accessorium, de reg. jur. in 6. cum vulg.* Imo etiam non est durum aut inauditum, ut qui impetravit reservari pensionem super præbenda, & distributionibus, ab eo, qui obtinet præbendam, contingentem pensionis portionem exigat, reliquam vero ab eo, qui distributiones percipit. Si enim quis resignavit † duo beneficia in favorem Titii reservata pensione centum duc. qui Titius alterum eorum dimisit, dividenda erit pensio inter possidentes ad ratam valoris utriusque beneficii, *ut post Gamb. tract. de auctor. leg. lib. 6. de pens. nu. 667. & seqq. tradit in terminis Flam. Paris. tract. de resign. benef. lib. 6. q. 2. num. 64.* Neque distributiones † accessoriae sunt ad præbendam, ejusve naturam sequi debent, cum per se stare possint, sed potius canonicatui accedant, qui jus dat actu percipiendi quotidianas distributiones, *ut supra etiam diximus.* Unde videmus, canonicos plurimos præbenda carere, actu tamen percipere quotidianas distributiones, prout sunt in hac Mediolanensi civitate canonici ecclesiae S. Mariae Scalensis. Illud demum hac in re expeditum est, quod etiam ex supradictis sequitur, quod si quis canonicatum mutet in eadem quoque ecclesia, omnino pensionem dimittet, quamvis ea imposita sit super solis distributionibus, sive super distributionibus simul & præbenda; tunc enim cum canonicatu mutatur persona; unde transibit ad successorem.

SUMMÆ RERUM.

Derogari potest in specie optioni per Papam, & num. seq. In dubio tamen non censetur velle ei derogare. num. 3. & seqq.

H 2

a Papa

- 2 *Papa in beneficialibus habet plenitudinem potestatis.*
- 4 *Papa in dubio non censetur velle derogare juri quæsito, idque sive sit jus in re, sive ad rem; & licet medicum sit præjudicium. nu. 5.*
- 6 *Derogare optioni non est necesse, ubi quis providetur de beneficio, seu prabenda vacante apud sedem.*
- 7 *Derogatio saltem generalis optionis requiritur, ubi Papa confert vel mandat conferri prabendam generaliter reservatam: probabile tamen est, non requiri hanc generalem derogationem numer. saltem in beneficiis vacantibus in mensibus Apostolicis. num. 9.*
- 10 *Regula cancellaria vim legis obtinent.*
- 11 *Derogatio generalis sufficit ad impediendam optionem, ubi providetur motu proprio de prabenda specialiter reservata; secus ubi provisio fit ad petitionem partis & ratio diversitatis. num. 13.*
- 12 *Consuetudo optandi locum non habet, quoad Apostolicos impetrantes, nisi de hoc specialis consuetudo inducta sit. num. 13.*
- 14 *Derogatio specialis optionis requiritur, ubi provisio fit vigore expectativæ alicui concessæ, nisi Papa mandet provideri de pinguiori prabenda. nu. 14. aut adsit motus proprius cum clausula, non obstantibus. num. 16.*
- 17 *Motus proprius habet vim derogatoris.*
- 18 *Consuetudo optandi non tollitur per non usum. Idem quamvis evenerit casus optionis. num. 19.*
- 20 *Facultas non tollitur per non usum, neque ei præscribitur. num. 21.*
- 22 *Consuetudo non tollitur nisi per contrarium usum.*
- 23 *Lex non tollitur per actus negativos, seu per non usum.*
- 24 *Privilegium non tollitur, seu amittitur per non usum.*
- 25 *Consuetudo optandi tollitur per contrarium usum accedente maxime contradictione; dumtaxat ob*

28

29

32

33

34

35

36

39

39

40

41

42

43

—

2

Qu

ob

observatus sit tanto tempore, quantum requiritur ad inducendam consuetudinem. num. 26. hoc est, quadraginta annorum, ubi prebenda sunt distincta. num. 27.

- 28 Consuetudo qualibet per tantum tempore tollitur, quantum requiritur ad eam inducendam.
- 29 Consuetudo optandi non tollitur per unicum actum contrarium, idem in quarum consuetudine. num. 30. tolleretur tamen, vel saltem interrumperetur, ubi consuetudo non esset completa. num. 31.
- 32 Consuetudo, & statutum optandi potest tolli à Papa per contrariam constitutionem, & num. seqq.
- 33 Princeps potest per suam legem tollere contrariam consuetudinem, ita ut non valeat, si postea inducatur.
- 34 Statuta inferiorum potest superior tollere.
- 35 Statutum, & consuetudo optandi non tribuit ullum jus singulis, antequam casus eveniat.
- 36 Papa, & Princeps potest prejudicare in acquirendis, imo & inquisitis; maxime ubi reditur ad jus antiquum. num. 37.
- 39 Consuetudo, & statutum optandi potest tolli per contrarium statutum Capituli simul, & Episcopi.
- 39 Reditus ad jus commune facile permittitur.
- 40 Statutum etiam prejudiciale ecclesia admittitur, cum redimus ad jus commune.
- 41 Clerici statuere possunt contra consuetudinem, quae erat contra jus.
- 42 Episcopus cum consensu Capituli an possit renunciare juri acquisito ecclesia per consuetudinem.
- 43 Statutum optandi potest tolli contraria consuetudine.

CAP. VIII.

Quomodo tollatur optio, seu jus optandi.

QUAERO PRIMO, Quando & quomodo derogetur optioni?

H 3

Sup-